Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



36

Gallienus intra fraude aureoli ducis sui. mediolani cum ualeriano fratre occisus
est. imperii anno. viiii. claudiusque ei successit. a militibus electus. a senatu
appellatus augustus. Hic gothos illiricum. macedoniamque uastantes.
ingenti prelio uicit. parcus uir ac modestus. & iusti tenax. & rei publi-
ce tenende idoneus. aduersus. ccc. alamannorum haut procul a lacu
benaco. in silua que ligana dicitur dimicans. tantam multitudinem fudit.
ut egre pars dimidia superfuerit. Qui tamen intra imperii biennium mor-
bo interiit. diuus appellatus est. senatus eum ingenti honore decoraum. sci-
licet. ut in curia clypeus ipsi aureus. item in capitolio statua aurea pone-
retur. Quintillius post eum claudii frater consensu militum imperator electus est. unice
moderationis uir. & ciuilitatis. equandus fratri uel preferendus. consensu senatus
augustus appellatus. xvii. imperii die occisus est. Post eum aurelianus suscepit im-
perium. datia ripensi oriundus. uir in bello potens. animi tamen immo-
dici. & ad crudelitatem propensioris. quique gothos strenuissime uicit.
haut dissimilis fuit magno alexandro. aut cesari dictatori. Nam
romanam urbem tennio ab inuasoribus receptam. cum alexander annis. xiii.
per uictorias ingentes ad indiam peruenerit. & gaius cesar decennio sube-
git gallos. aduersus ciues quadriennio congressus. Iste in italia tribus prelius uic-
tor fuit. apud placentiam. iuxta amnem metaurum. ac fanum fortune. pos-
tremo ticiniensibus campis. Huius tempore apud dalmatas septimius imperator
effectus. mox a suis obtruncatur. Iste primus apud romanos dyadema capi-
ti innexuit. gemmisque & aurata omni ueste quod adhuc fere incognitum
romanis moribus uisebatur. usus est. hic muris ualidioribus urbe sepsit
templum soli edificatum. in quo infinitum auri gemmarumque constituit. poreme car-
nis usum populo instituit. superauit in gallia tetricum. apud catalaunicos. ipso te-
tricoprodente exercitum suum. cuius assiduas seditiones ferre non poterat.
quin etiam per litteras occultas aurelianum ita fuerat deprecatus. ut inter a-
lia uersu uirgiliano uteretur. eripe me his inuicte malis. Quem claudius
correctorem lucanie prouexit. hominem asserens eleganti ioco sublimius
habendum. regere aliquam italie partem. quam transalpes regnare. he

claudius

aurelianus

No

Diadema

Tetricus a Cæsar Aurel. in catalaunicis victus